Sigismundus etc. Significamus etc. Quia cum hic exposuisset nobis fidelis noster Joannes Malyst Comes Radzivilovvien Senlte: tiam in villa nra Vylkovro in Districtu Cominen' situ. comes here: ret. et possessor vxor sua honesta Barbara de Comin ad pnos existit negligentia predecessorum eius in prouentibus et edificijs suis non mediocriter attritam. et labefactatã esse. Nobis humilr supplicauit fecit eadem vxore eius in possessione p: sius senltetie. quamdiu in humanis ageret conseruare dignaremur. Nos itaq; permotti instis supplicationibus pro ipsa Barbara apud nos factis. tum ad diligentem interuentionem Consiliarioru nroru Volens preterea. vt ipsa Senltetia in suis prouentibus indies vberiora capiat incrementa, et in structuris suis restauretur. Ipsam Barbaram possessorem ipsius Senltetie presentem, in eius possessione. et vsufructu durante hac illius vita. de certa scientia et gratia Regijs nris Regijsq; conseruauim et relinquendo esse censuimus conseruandam et relinquimus pntibus. Remittendo verbo nro Regio. et pntium tenore. quod eadem Barbara de prenominata Senltetia. quamdiu hac vitali aura fruetur. nemini subditorum nroru, eiusdemq; status. conditionis. et dignitatis existentium, redimere consentiemus, nec ad id consensum nrum prebebimus. Nobis autem erit liberum eandem Barbaram de prenominata senltetia quando voluerimus. pro mensa nra Regia et nris propriis pecuniis redimere pntium tenore mediante. Harum testimonio. etc. Datum in Comentione generali prouinciali feria sexta post festum sancti Valentini Anno millesimo quingentesimo decimo Regni vero nri Anno Trigesimo secundo

Paulus de Vorija
Vicecancellarius.

Regestrata cum

Inscriptio aduitalitatis Magci Stamslai Odrowasz Palat. podol.
Illustri Anne ducisse olim Mazouie comitisse.

Sigismundus etc. Significamus etc. Quia comparens personaliter coram nobis Magnus Stanislaus Odrowansz de Sprowa Comes in Tarnoslaw Palatinus Podolie. Et Illustris Anna filia Illustris olim Conradi Ducis Mazowie, coniunx vero ipsius Stanislai Odrowansz ultima sana mente et corpore existentes. Et vsi amicorum consilio Recreden a terris et districtibus suis Cracovien. Sandomirien. Premislien. Przeworszen. Lyelznen. Tremborlien. Camenecen. ac Smotzirsen. Recognoscentibus quibusdam terris. Et districtibus aliis. publice et per expressum recognouerunt. Quia omnium bonorum suorum hereditariorum et obligatitiorum. mobilium et immobilium. que nunc habent. et in post habebunt, minus et multo contulerunt, sibi usufructum ad tempora vite, tali videlicet modo. Quod si prenominatus Stanislaus primogenit predictam Armam uxorem contigerit. Extunc ipsa Anna bona eius tam mobilia. quam immobilia predicti Stanislai Odrowansz obtinebit et possidebit. Cum omni Jure dominio et proprietate vsufructum ad tempora vite sue extrema. Post mortem vero predicte Anne bona prefata tam mobilia. quam immobilia totaliter pleno Jure ad successores predicti Stanislai deuoluentur sine quorumlibet impedimento. et contradictione suorum prefate Anne. Similiter si contigerit predictam Armam primo mori. quia ipsum Stanislaum. Extunc prefatus Stanislaus bona omnia tam mobilia quam immobilia prefate Anne obtinebit et possidebit. cum omni Jure dominio et proprietate et omnibus eorum bonorum pertinenciis. illisque vsufructum, ad tempora vite sue extrema Post mortem vero predicti Stanislai bona prefata. quecunque ipsam Armam concernebant. ad heredes predicte Anne totaliter deuoluentur sine quorumlibet impedimento et contradictione suorum predicti Stanislai. Quam quidem inscriptam literalitatem ipsorum Comingw petitem. vti de consensu voluntate. et certa scientia nra eorum nobis factam, nos ratam et gratam habent. illam auctoritate nra Regia in omnibus eius articulis confirmamus approbamusque priuilegium decernendo prout decernimus. volumus debite firmitatis obtinere presentium tenore mediante in perpetuum. Stay testimonio etc. Datum Pyotrkowie in Commentione quinquagesimali sabbato post festum sancti valentini martiris proximo. Anno dni Millesimo quingentesimo xxx octauo. Regni xxxii.

Stanislaus ep gnes supra. R. de eius.

Consensus emen/ Marcel-
lum Aduocatiale in
Ciuitate Radzieiowi
Alberto Sculteto de Lamprosski

Sigismundus. etc. Significamus. etc. Quia cum providus Albertus Sculteus de Lamprosski emisset macellum Aduocatiale in Ciuitate nra Radzyeiowien ab honesta Helena Orlyssowa Aduocata ny Radzyeiow inter macella Stganvija ny ab vna. et Smolka ab altera parte sitta. Quandoquidem emptio hmodi absq. consensu nro facta subsistere minime posset. Supplicatum est nobis pro ipso Alberto per nonnullos Consiliarios nros hic ad presens nobis assistentes vt eandem emptom nrm assensu confirmare. et approbare dignaremur Cumq. itaq. Consiliariorum nrorum postulationi et precibus pro prefato Alberto ad nos porrectis benigne vti solemus annuentes. de singulari gratia, et certa sciencia nris Regijs approbandum. et confirmandum duximus. approbamusq. et confirmamus alq. Consensum ei meum desuper prebemus per presentes. Citra tamen quomodolibet principalis in originali privilegio Aduocatiali contente augmentum. per albertum prefatum, eiusq. legitimos q. successores macellum ipsum cum omni eius Jure. Dominio. et proprietate. ac prouentibus. pertinenciis et emolimentis eius vniuersis. ad illud ex antiquo spectantibus. habendum. vtifruendum. ac quiete et pacifice possidendum. mysticum et continentia prefati Aduocatialis Priuilegii. Juribus tamen nris Regijs salvis per omnia in ea re remanentibus. In cuius testimonium. etc. Datum Piotrkowie in Comitione generali sabbato post festum sancti valentini proximo. Anno dni. Millesimo quingentesimo Paulus ilg qui supra.

Ad mandatum eiusdem

Priuilegium nouum super
Theloneum aggerale
seu pontale Ciuibus
Radomien.

Sigismundus etc. Significamus etc. Quomodo hic comparens Cines nri Radomien coram nobis exposuerunt quod liat illi Privilegium super Theloneum aggerale seu pontale per nros olim predecessores sibi concessum ignis vorag̃ine con: flagrasset amm̃iserint Verumtamen ipsi Cines in perceptione et usu eiusd Thelonei aggeralis ammisso hm̃odi Privilegio suo. vt dicunt semper extiterunt et ad pns reistunt. Cum autem illi in reparan pontibus et aggeribus mxta eand Civitatem Radom iacentibus. quo Hominibus iter ad penetrand commodius et facilius reddatur non vulgarem sumptum assidue facere cognoscitur, impense a nobis flagitarunt. q eis hm̃odi Theloneu aggerale, vzt. a quolibet equo cum: zu mercatoriu et vectorum. existente seu trahente, tres obolos minutos. et a singulo mercatorio bone. vndecumq̃ pulso et pellendo. similiter tres obolos. denno instituere. nouumq̃ super hoc eis Privilegium de benignitate nostra Regia dare et concedere dignaremur. Nos itaq̃ permotti supplicationibus ipsoru Ciuium, et petitionibus Consiliatoru nroru. pro eis ad nos porrectis. vti instis benigne annuen. habeu etiam rationem sumptuum et impendiu q̃ in reparandis et strnendis aggeribus et pontalibus ipsis facere istic soliti sunt. Consolatosq̃ et alacriores eos in posterum. ad instauratom eorum facere volens. Eisdem ipsis Ciuibus Radomien hmoi Theloneu aggerale seu pontale videlicet a quolibet equo curuli per tres obolos. et a singulo item bone per tres obolos similes modo superius descripto. de certa sciencia. et spali gra Regiis pris. ac ad eorum Consiliatoru nroru intercessionem dand et instituend duximus. damusq̃ tenore. Statuimus denno. Privilegiumq̃ nouum eis super hoc concedimus. per eosdem Cines presentes et futuros Theloneum hm̃odi aggerale. tollen. exigen. ac percipien. et in reparatom pontium et aggeru pra: fatorum. ac pro eorum modo et necessitatibus Ciuitatis eiusd connecten. puritum tiarum vigore accedon hinc ad beneplacitu voluntatis nre regie duximus taxat duraturu. In cuius testimonio etc. datum Piotrkowie in Convocatione generali dominico die octuagesimo anno dom Millesimo. quingentesimo Trigesimo octauo. Regni vero nri anno. xx et secundo.

Paulus de volicja.

Visa eiusd

Confirmatio Primilegii oppidi Opathowie & facta

In nomine domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Nos Sigismundus dei gra. etc. Significamus &. Quomodo venientes hinc ad nos Cmes oppidi monasterii oppathowiecz abbatis Thynyecen. Exhibuerunt Primilegium infrascriptum confirmatorium sub titulo & sigillo olim dñi Alexandri Regis fris germani & predecessoris nri desideratissimi Primilegium locationis & fundationis eiusdem oppidi Opathowiecz per Casimirum olim regem parentem & predecessorem nrum desideratissimum prius confirmatum in se continen. Nobis humiliter supplicando quatinus hoc ipsum Primilegium nos eius quoque confirmare approbare & ratificare de benignitate nra Regia dignaremur. Cuius quidem Primilegii tenor ad verbum ut sequitur est talis. In nomine domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Tametsi authoritas regum & principum omnium decretis Primilegiorum neminem fallat. sed semper mansurum constituit. quicquid decernendum perpetuat. tamen non abesse sit ut iterum iterumque approbet et firmitudine ingeminet dum ea que semel in perpetuum concedit. non semel sed omni tempore velit et decernit perpetuo valiturum. Proinde nos Alexander dei gra Rex Polonie. necnon duces Cracovie. Sandomirie. Siradie. Lancicie. Cuyavie. magnus dux Lithuanie. Russie. Prussieque ac Culmen Elbingen & Pomeranie dominus & heres Significamus tenore presentium. quibus expedit universis & singulis presentibus & futuris. Harum notitiam habituris. Quod constitutus in nra. et Consiliatorum nrorum tunc nobiscum existentium prudencia. Venlis & Religiosus Joannes Abbas Monasterii Thynyecen produxit certum Primilegium Boleslai Cracovie et Sandomirie ducis. tenoris infrascripti abbatis et Conventus monasterii Thynyecen datum. ac per Seremissimum olim principem dominum Casimirum Polonie Regem. genitorem et predecessorem nrum charissimum approbatum et confirmatum. Supplicando nobis humiliter. ut illud etiam approbare confirmare et ratificare dignaremur. Cuius quidem Primilegii tenor

de verbo ad verbum seqnitur et est talis. In nomie dñi amen
Ad perpetuam rei memoriam. Ne error oblimionis gestis sub tpe
labentibus imposterum pariat detrimeta. alta regum et prin-
cipum prouidentia decreuit ea literarum apicibus et testiu an-
notatione perhennari. Proinde nos Casimirus dei gra Rex
Polonie. necnó tuitionis Cracé Sandomirie. Siradie. Lancitie. Cu-
jauie. Magnus dux Litguanie. Russie. Pomeranie. Prussieq;
dominus et heres. Significamus tenore pntium. quibus ex-
pedit vniuersis pntibus et futuris harum notitiam habituris
Quomó per venerem et Religiosum Matheum Abbatem Thi-
nicen. et Canonicos Cracouien. denote dilectum nre sue
oblata petitio continebat. quatinus Primilegium Monasterij
sui infrascripti. de innata celsitudinis nre clementia
ratificare. approbare. gratificare. innouare. roborare. et con-
firmare dignaremur grose. Cuius quidem Primilegij tenor de-
verbo ad verbum seqnitur et est talis. In nomine dñi amen
Cum scitum antiquum omni operi bono dne merce-
des debeantur. vna eternitatis et alia temporalis hinc est
Qd nos Boleslaus dei gra Crac. et Sandomirie dux. Kolin faci-
mus tam pntibus quam futuris. Q ob reuerentia beatissime
dei genitricis virginis Marie. et beatorum Petri et Pauli Apo-
stolorum. necnó pro salute nra. et remedio animarum parentu
norum, et etiam consideratis. et inspectis continuis et fideli
bus obsequijs. Dominus Nobilibosij Abbatis. et totius Conuentus
domus. atq; etnobij Thynicen pijs supplicationibus inclinati
qui in vinea domini Sabaoth non cessant fructum pro salute
hominum laborare. hanc nram gram decreuimus facien vt
quod in villa ipsorum forensi. que Oppathowicz vulgariter
appellat. sita. super ripam fluuij. qui Visla vulgo dicit
in Castellatura Visliciensi locandi et faciendi plenam et
liberam dandi facultatem sub Jure Theutonico Ciuitate
ipsam. ab omnibus pensionibus. exactionibus seruicijs solu-
cionibus. et consuetudinibus Juris Polonici. nobis seu Ca-
stellanis et Palatinis nris. aut alijs quibuscunq; officijs su-
per eandem de Jure vel de facto spectantibus. et cum om-
nibus possessionibus et territorio eiusdem per omnia et per-
petuo eximentes. et ponentes penitus ipsam sub forma
et libertate Juris Crac. Ita vt omnes incole ipsius et in-
habitatores. quos ibidem dictus Abbas locauerit. cum suis fra-
tribus seu quibus vendiderit. aut concesserit. eodem Jure re-
gantur. et vtantur. quo Ciuitas nra Cracouien exstat.

dispositis et insignitis Et generalr volumus vt in omnibus conditionibus et consuetudinibus eadem gaudeant libertate gna gaudent Cives nri Cracovien. Si vero in aliquibus eisdem libertatis articulis fuerit dubitatum, ad pdicte Civitatis Privilegium recurratur Ne autem quispiam hanc nram donationem et concessionem valeat violare pntem paginam nri sigilli nr̃i munimine dignum roborandum. Acta sunt autem hec Anno domini Millesimo trecentesimo septuagesimo primo Idus Maij. Presentibus hijs et consencientibus Nobilibus nris. quorum ista sunt nomina domus Procopius Castellanus Curie Comes marschalcus Castellanus Cracovien Comes Janussius Palatinus Sandomiriensis Comes Petrus Palatinus Cracov. Comes Boleslaus Castellanus Visliticnsis. Comes Laurentius venator de Clobuczko qui huius negocij fuit ordinator. Datum Cracovie per manus Ywardostai Cantoris Sandomiriensis. et Subcancellarii Curie nostre Nos igr Casimirus rex prefatus petitionibus prefatis tanquam iustis et rationabilibus benigniter annuen Privilegium predictum omnibus suis punctis. capitalis. articulis. clausulis et conditionibus universis. Et prout modo memoratus Abbas oppidum prefatum tenet. habet. ac possidet. de benignitate nra Regia. ratificamus innovamus. roboramus, et presentis scripti patrocinio confirmamus, Decernen illud robur perpetue firmitatis obtinere. In cuius rei testimonium sigillum nrum est appensum testimonio literarum. Actum Cracovie feria quinta proxima post festum sancti Francisci Confessoris. Anno domini Millesimo quadringentesimo quinquagesimo octavo Latibus ibidem Bonis in Christo patre domino Thoma dei gra Episcopo. Nec non magnis. et Generosis Joanne de Czyzow Castellano et Capitaneo Joanne de Tharnow Palatino Cracovien. Czeslao de Curozwanky Castellano Lublinen. Ceslao woyszyk de woyzca Succamerario Nicolao Chrzanstchowsky Tribuno Cracovien. et Joanne Curopatwa de Lagow Succamerario Lublinen et Capitaneo Chelmensi. et aliis quamplurimis fidelibus circa premissa. Datum per manus Bondi prepositi domini Joannis Luthomis de Brzezye. vtriusq Juris doctoris Sacri Palacij Aplici cancellarii auditoris Archidiaconi Gneznen. & Regni Polo vicecancellarij ymmo nobis dilecti Et vobis venlis Joannis de Byelic vtriusq Juris doctoris. Sacri palacij Apostolici cancellarium auditoris Archidiaconi Gneznen. & P. vicecancellar. Cuius quidem venlis Joannis Abbatis supplicationibus Nos Alexander Rex prefatus. tanquam Justis benigniter acclinati Privilegium prefatum in omnibus eius punctis. conditionibus. clausulis et articulis. ratum. firmum. et gratum habem. de gra nra

approbaminmꝰ confirmaminmꝰ et ratificaminmꝰ. approbamnꝰꝙ
confirmamns. et ratificamns tenore pntium mediañ. Decer:
nen ipsum robur perpetue firmitatis obtinere. In cuius rei
testimoniu sigillum nrum pntibus est subappensum. Actu
Cracovie feriâ tertiâ festi Divisionis sanctorum Apłorum
Anno domini millesimo qningentesimo quinto Regni vero
mei Anno quarto. Pntibus Reuerendo in Xpo patribus
dominis Joanne Cracovien. et Mathiâ Premislien Episcopis
necnon Magcis. venli. et Generosis Petro Myszkowski Lan:
citien. et Stanislao Cmiytga de Vyssnicze Belzen Palatinis
Stanislao de Chodecz Castellano et Capitaneo Leopolien
ac Marsalco Joanne de Lasko Cancellario. et Jacobo de Sigi
dowiecz Thezaurario Regni mei, Petro Szczawnicki
de Kyszkowa skala Vislicien. et Joanne Jordan de Zakliczin
Bijeczen Castellanis. Stanislao Jaroczki Marschalco. et Sta:
nislao Szczawnicki Camerario Curie mee. et aliis plu:
rimis dignitariis officialibus et Curien nostris. synce:
re et fidelibus nobis dilectis. Datum per manus eiusdem
Mathie in Xpo patris domini Mathie Episcopi Premislien et
Regni mei viceCancellarii synnere nobis dilecti. Mathias. D.
Epus. et viceCancellarius est. Qui eidem Mathie in Xpo
patris domini Mathie Episcopi Premislien. et Regni Polo:
viceCancellarii. Quorumquidem oppidanorum ipsius Abbatis de
Thyniecz humilibus supplicationibus et intercessionibus Consi:
liariorum morum pro eis ad nos facte vti iuste et rationabili
benigne et grose annuen eas ipsas lras seu Privilegium coꝛ
suprascptum ratum et gratum habens illud in omnibus eius
punctis. clausulis. articulis. et conditionibus de singulari gra
cia approbamus. confirmamus et ratificamus. Decernen illud robur
debite et perpetue firmitatis obtinere presentium vigore
accedente in eum. Juribus ac pensionibus meis nobis ex
ipso oppido debitis per omnia salvis manentibus. In cuius
rei. &c. Datum Pijotrkowie in Comentione quali die domi:
nico Ante festum sancti Mathie. Anno domini mil:
lesimo. quingentesimo Tricesimo octauo. Regni vero
mei Anno Tricesimo secundo. Pntibus Rmo. Rndis.
Magcis. venlibus. Generosis. quibus supra.

Paulus de Volya
ViceCancell. est.

Rndo eiusdem Pauli

Presentatio Honorabilis Raphaelis Vargawski ad Ecclesiam Parrolem in Schadek

Sigismundus dei gra. etc.

Reverendissimo in Xpo patri domino Joanni Archiepiscopo Gnesnen. Primati Legato nato. et primali Regni nri. ant eius Vicis in spualibus. et officiali gnali Gneznen pro tempore exnti. Sinceram et debitam dilectionem gram nram Regia. Xpme in Xpo pater ac Venles Syncere et debite nobis dilecti. Significans vobis. et ad vram notitiam debitam. Qua nos habeñ commendatam fidem. et digna sermitia strenuis Raphaelis Wargawski Plebani in Skolsko. gne nobis impendit et impendere non desistit. volensq melioremq ditionem facere. Ecclesie nre Parrolis in Schadek. eidem Raphaelem Vargawski ad prefatam Ecclam parrolem in Schadek Jurispatronatus nri exnunc pront extunc. et extunc pront exnunc. et contra Dnum et postquam dictam Ecclam in Schadek per cessum vel decessum. aut quamlibet aliam demissionem etiam coadiutorie. Venlis Joannis Kazopijnski. Crac. et Wladislavien Ecclesiarum Custodis modern possessoris eiusq Ecclesie parrochialis in Schadek vacare contigerit. vel ꝑh. Rome. ant ipsius Vicario et officiali Gneznen. ant alteri eorum ad id ꝑfatum habenti pro tempore existentibus duximus presentandum. et exnunc in dei nomine per ꝑntes ꝑntamus Hortantes eosdem et affectam. vt cum ipsa Parrochialis in Schadek. quocumq modo predictorum per cessum vel decessum. aut quamcumq aliam demissionem etiam coadiutorie vacare contigerit. Venlis Joannis Kazopijnski ad eandem prefatum Raphaelem Vargawski instituatis et investiatis pro officio vro pastorali non obstantibus quibuscumq litteris nris aliis ante et post eiusdemq datis vel dandis per nos aut successores nros. quibus omnibus per ꝑntes derogamus. et ab aliis derogatum iri volumus. eundem Raphaelem Vargawski omnibus et singulis presentatis et presentandis per nos aut successores nros in assequtionis effectum dicte Parrochialis in Schadek anteferri volumus et anteferimus ꝑntibus in Contrarium omnia irrita

Habitur. In cuius rei testimonium sigillum nrum est subs
impressum. Datum in Commentione generali Piotrkowien
feria sexta in vigilia Purificationis virginis Marie
Anno domini millesimo. quingentesimo trigesimo octano
Regni vero nri Anno Trigesimo secundo.

Paulus de volia
Vicecancell. fft.

R[ecognitum] cum[issum] Pauli

Consensus Admitalitat Generoso Hieronimo Mossijnski

Anno et loco quibus supra. Feria quarta ante festum
sancti Matthie proxima Sacra vltas Regia Consensit
Generoso Hieronimo Mossynski Tenutario in Pijsla
villam dictam Tharnowko cum Advocatia in terra
et districtu sita de mantibus Nobilium
Christophori Matthie Cuyaznoporvic ac aliorum ad id
interesse Habentium. illaq vltimi. quoad vitali anima per-
fruetur. Ita tamen q̄ eidem nlt licebit cuiq; vltimo-
rum predictum pro mensa regia exemit. verum nulli
alteri quam sue nti. Lrē extradite informa Cancell.

Paulus id qui supra

R[ecognitum].

Consensus redimen villa Krodziecz Generoso

Nicolao Jaschowski Subcapitaneo Gradien in terra
Sijradiensi sitam per Sacram Regiam vltem de
mantibus Nobilium Stanislai Nicolai et Martini fratrum
germanorum filiorum olim Generosi Joannis Crzyszkin:
Ski Capitanei Gradien datus. Lrē extradite in
forma Cancellarie consueta. Loco die et Anno quibus sup.

Paulus de volia
Vicecancell. fft.

R[ecognitum] cum[issum]

Decretum Remissionis ad petendam propinquitatem. Inter Lucam krieger Consulem, et amãciuem Thorunen Latum

Sigismundus dei gra Rex &c. Significamus tenore presentium quia dum controversia. inter famatum Lucam Krieger consulem Thornensem ex honesta anna Schelinge Cuem Gedanem. Sororem ipsius luce germanam actores ab una. Et famatam Barbaram Beutzlinetiam Cuem Thornnen cõnentam, ex altera partibus occasione hereditatem successionib post mortem Generosi olim Luce. de allen. Capitanei nri Rogosnen fratrib germani ipsius ipsius Barbare Beutzlin actorũ vero awunculi, orta esset. qui actores equalis successione in predictam hereditatem, admittendos contendebãt impetrarag a nobis remissorum. ipsa Barbara rcum nostris remissarijs in Jus pro cadem hereditate vocata Sententiam prose. tam de foro competenti. qz causa principali. nõ attentis prefate Barbare a foro remissarios exceptionibus declinatorijs. obtinuerant. a qua predicta Barbara ad Metem nram. se gravatam senciens appellavit Adueniente aũt termino. procurator sepe dicte Barbare appellationis libello exhibito petijt principalem suam ad ius Civile Thorunen remitti. Nam ipsam Civili Jure gaudere. ingno etiam de se querulantibg. ut Civis respondere vellet. preterea de illi merito vigore rationis privilegij. a nobis subditis nris in terris pressis nõ deberet remissionibus remitti debere. Sup Sententiad Commissarium nrum. ut Judicem nõ competentem. de iure nullam reassumi et principalem suam ad ussum remitti petebat. Ex adverso de 20 Lucas krieger suo et sororis sue nominibg Commissarium Sententiam. qua se in dictis competentes declarassent. non

firmari humiliter supplicabat. ob id quod oliv Quosus
Lucas de Allen. homo conditionis terrestris juris fuisset
et quod hereditas, a morte ipsius eiusdem terrestris juris na
tura esset. Ad hoc quod privilegium nostrum de non tandis Com
missionibus, clare exciperet. tres casus. vigt superbonis
regalibus. et vj fratrum soror dimissum. Ad que si
de parcium consensu id a Alte nra peti contingeret. et
hinc. alterum ex his tribus esse causis dicebat postre
mo produxit contrarium inter relictam oliv Luce ab
Allen. et supra scriptam Barbaram per amicabiles com
positores factum. In quo ipsa Barbara de indemnitate eide
dedit. ab impetitionis de post fienda. in jure testm caviss
Atq ista supra scriptam sententiam commissarium nostrorum
uti iuste latam confirmari petijt. Nos hinc inde
parcium propositionibus. responsis allegatis ac probatis
Sententiaq commissariorum visis. Comperimus ipsam
Barbaram. super varanc fraudem ac Cautelam. Commissa
rium nostrum judicium incompetens ac derivatorijs exceptionibus
non fisse. ob id q predicta Barbara juresdictionis eiusd
sit. et eisdem iam sint naturę bona omia mobilia ad
eandem vndeq importata. Neq etiam obstat primi
legium nostrum quod de diuisione inter fratres fienda
non deinde propinquioribus. et gradibus discernendis loquit
Ex quo obligare Barbare Beutlin nemini q videtur
relicte oliv Luce de Allen fermiat postremo q nō ipsa
Barbara de fraterna hereditate. respondere teneatur
Sed ipsius genero si oliv Luce vidua qui maiori hereditas
expedire[illegible] facere teneatur. Quare sententia commissa
rium ut minus rationi tota omnino rescissa
eandem Barbaram Beutzlin ab instantia actorum ad
presens absolvimus. et libera pronunciamus, remittendo
actoris. unica ad forum ipsius Cuius. in quo de se quo
vis conditionis respondere teneatur. Eisdemq actoribus
Nihilominus petendi hereditatis. si quid sic juris et interesse
habere pretenderint. cum vidua relicta ipsius oliv Luce
de Allen in ipsius vidue foro etiam competenti.

Saluam et integram. actionum Jurisdiccionem in suo robore
reservamus Juxta cuius formam dissinitiua Sentencia
quibus sigillum unum appensum est testimonio litte
rarum Datum in Conuentione generali prothonotarii
feria quinta ante festum Sancti Marci Anno
ut supra

Rp Magr Joannes.

Decretum ex contumacia condempnacionis in lucro pro parte Anne Fingen Contra heredes Erhardi slegel Latum

Sigismundus dei gra Rex etc Significamus tenore
presencium quibus expedit vniuersis Quia dum Actio
orta esset inter heredes Erhardi Slegel. actores Et An
nam Fingen ream. primum coram Judicio et consulatu
Ratisbon. ac abinde per appellacionem ad consiliarios
nos tercio delatum prefixa dewluta Sentencia per ipsa
omnia lata fuisset. a qua ab ipsis heredibus olim Erhar
di Slegel ad tribunal Alteze nre postremo prouocatum
extitit. Ipsisq partibus coram nobis in termino fe
bruarij constitutus esset prout hec omnia ex scripturis
coram nobis productis consiliariorum nostrum clarius
Edocumentantur. Cum nos in termino partibus co
ram nobis, ut premittitur assignato pars appella
ta. Ipsa vigil Anna fingen comparuisset suamq di
ligenciam. et actores appellantis absenciam deplora
sset, humiliter nostre Alti Supplicauit ut actor Cpm
semper paratus esse debeat nec comparen. ipsam ab
actoris instancia absolueret ac sentenciam consilia
riorum nostrum tercia pressit confirmare. Simul q
partem vtr comparentem in litium expensis condem
nare dignaremur. Obid q ipsam et solucionis.

litium expensis. rationem. facere fuerit primo ren
strita. Nos vero qui eidem pro suis subsidia auxi
lio esse intelligimus ad aliam juridicam diem. qm
in quindenam assignati rotam nobis termino inde
ut rationem suspendimus si forte ad nos ambo
aliquis comparet vel legale impedimentum. indue
rit. Alium eidem termino. et actorem nomine com
parente nomine. dicta anna comparente. Et eadem
que primo humiliter et instantissime supplicari. Reni
sa diligenter. Consiliariorum nostrum terrarum prussi
m hac causa lata sententia. eandem propter actor
contumacem absentiam. ut juridice latam. Confir
mamus et per presentes confirmamus. predictaq
annam. singen ab instantia. et omni demeritis in hac
causa inspectionem. absolvimus absolutamq et hac
ram fore determinamus. partemq eo comparentem
qua ad solutionem expensarum litis predictam an
nam primo rationem fidejussoria. adegerat. in litium
quoq expensis condemnamus. quas specifici con
sulatui Civitatis nre Rediarii. infra hinc et festum
sancti Stanislai in Maio proxime venturo taxandas
presentibus mandamus. Et hoc si. et in quantum pre
dicta anna pro eisdem litis expensis. ut dicit. ra
tionem fidejussoria obstricta Harum testimonio sigillum
sigillum nostrum est subappensum Dat in Conitz anno
generali protectionis feria quarta ante festum sancti
Matthei apli. anno ut sup

Dato Maij pauli

Consensus pro Redimen media
mensura tercie medietatis in
Molendino villę Znochowicze
provido Stanislao dzieza dat

Anno. loco quibus supra. Feria quinta ante festum
Sancti Martini apti Sacra Regia Maiestas Regia ad interces
sionem reverendum consiliarorum suorum. Concedatq;
habendo Industriam. promidi Stanislai Dzieza Mo
lendinatoris in villa Swochowice ad Capitaneatu
tuum Sandomiriensem pertinen. Eidem alteram mendra
tam terre mensure ipsius molendini. de Manibus
laboriosi Jacobi Stragist eiusdem mensure terre me
diantibus possessoris. recognoscendum consensit et admi
sit. Hic extractus in forma Cancellarie roborata

Paulus de volka
Cancellarius

Ita est eiusdem

Addicio et institucio tercij fori annalis oppi do Nieschowien ad prius concessa

In nomine domini amen. Nos Sigismundus dei gra
Sigismundus Quomodo veniens ad nostri presen
tiam oppidani uri Nyeschowien. Inter alias oppidi sui neces
sitates. qui ope et beneficentia nra indigent et qui
bus per nram benignitatem. Regiam prospectum iri fit.
opus. Retulerunt nobis oppidum ipsum. duo duntaxat
annalia. fora seu nundinas habere. nō parvoq; ei foret rō do
et utilitati. si terminum illi adjicere dignaremur. Proinde
Supplicatum nobis est pro illis. per dominos consiliarios
nostros qui Cimus prefatus gratia nra completi atq;
fauoris nri testimonium. illis. nra ac exhibere mus
Quorum postulationi benigniter annuendū remodroq;
ipsius oppidi consultum esse. ex animo cupientes. quo

zes et facultates subditorum nostrum sub felici nostro Regimine uberiora indies capiant incrementa preter fora antiqua duo quibus cumpredicti ipsi Cmes gaudent Terciis profesto Sancti Thome apostoli in eodem opido singulis annis perpetuo agendum et celebrandum. De certa scientia et singulari gratia Regys nris. Judicandu ac instituendu decreuimus Judicamusq ac instituimus per presentes Cetera tamen aboxum opidorum et Ciuitatum universa Cumquq controuersiarum. rapturam et detrimentu. damnumq et omne Jimus. omnibus facultatem. omnibus et singulis utriusq sexus hominibus cuiusq conditionis et status existant quo illis ad oppidum prefatum profectu huiusdi per nos institut. veniri et conuerti sit liberum. causa emendi et vendendi. mercesq pro uestibus permutandi. et alia vtilia quecunq genera omnia cuiusq generis et speciei fuerit exercendi. Veniantq tam ex antecessu. quã successu tempestatum quocunq libertate potiantur. Nisi tales sint quos iura et legis fauor nõ admittunt et quibus bonorum hominum conuersatio. minime sint denegenda In Cuius rei fidem et testimoniũ sigillum nrum est presentibus subappensum Datum et actum. proximo sua quarta ante festum Sancti Matheu apli anno ut supra. proximo quibus supra.

Ad mandatum domini Regis
Stanislaus Ernestus

Consensus cum adunitalitate pro reclimcõ advocacia in Novo Wigrod opido Josepho Danikowski cum eius ricpotibus concess

Sigismundus dei gra Rex etc. Significamus tenore presentium quibus expedit. Quia nuper nobilis Joseph Danykowski vxoratus nepotibus suis Stanislao Nicolao et Andree advocatiam suam, in villa nra Lantzyno Cuius ipsi possessores

Ad presens exstunt nobis sponte diuiserũt. humiliter a nob
supplicarunt eis vt recompensam humanũ corũ aduocatie
in gratiam nram nobis diuisse alteram aduocatiam vi
delicet in oppido nro Nowogrod vy duratu nro Masovie et
districtu. Lowzeń situm de benignitate nra Regia rebinacze
consentire dignaremur Nos vtq Mozny ergo nos gratifi
cationem gratam et acceptam habentes. Nostrq gratia
compensam. eandem cuprũ. Eidem ipsi Joseph Janykowski
et eius prefatis nrpotibus. vidz Stanislao Nicolao et andr.
Ad intercessum certorũ consiliarum nostrorum hr ad
presens nobiscum existentium pro eis apud nos factam. presata
Aduocatiam in predicto oppido Nowogrod. de manibus ho
neste Constantie et precorum. ac aliorũ quorũcunq pos
sessorum seu participum moderno ad id nactis habẽ de cer
ta sciencia et speciali gratia Regys nris reuocauimus et
admittẽ duximus. Consentimusq et admittimus presentib
Summam capitalem in priuilegio originali aduocatiali inste
et legittime contentã. et expressã vtq excedendẽ per ip
sum Joseph Janykowski eiusq nrpotes prefatos ac corũ succes
sores prenominatã aduocatiam cum omnib Mmbris introitib
et obuencionibus vniuersis. ad eam ex antiquo pertinẽ. Acts
Juxta rotinem priuilegy originalis aduocatialis dicte
legittime habiti teneri habendi. vtiq. pacifice. et quiete
possidendum. Cum am nos. ipsi Joseph Janykowski ex po
stulacionibus nrpotib. summam pecuniarum
Lodebret viginti quor sexagenarũ. in ipsa aduocatia in lanis
dicto inscriptam. et nobis vt premissum est. diuisam nu
merauerimus. vtq de ea ad presens satisfacimus. Suppli
rarũt igro nobis. vt eis eande summam Lodebret viginti
quor sexagenas pecuniar. in qualibet sexagena sexagin
ta grossos computando. vy Aduocatia Novogrodecẽ quam
proxime redempturi sint. de nob ostenderunt. et inscribere de bem
gnitate nra Regia dignaremur. Nos igro eandem vi
ginti quor sexagenas pecuniar presatis indempnitati ipsig
Joseph Janikowski et suorum exposcentib. consultum esse volentes
in predicta aduocatia Novogrodecẽ denostramus ac inscri
bimus presentibus. preterea eundem Joseph Janykowski. gra
tiam fauor nr Regium complecti volens. eundem de bem
gnitatib Regni clementia in possessionem eiusdem aduocatie
Novogrodecẽ cum dim prefatus Joseph hac vita fruentem
de eadem certa stipendia nra. remanẽ. ac relinquendum

Decreuimus Conseruamus q̃ ac relinquimus pres-
tibus promittẽs verbo nr̃o Regio et presentiũ steno-
g eundem Joseph. de prenominata aduocacia Nouogro
decẽ. qua dñus et predecessores hactenus aute pacificum
Nemine subditorũ nr̃orum cuiuscũq̃ status et condicio
nibus existẽs redimere consueuerunt. Nec ad id empci
consensum nostrum prebebimus Nobis aũt eius hac ex
eundem Joseph. de predicta aduocacia quando voluerit
pro urusa nra Regia et nostris pecuniis propriis et no
alio modo. redimere Jacuit testimonio Vrarum Sigillo
rum est presentibus subappensum. Datum Posonij in
communem generalẽ feria sexta ante festum Sancti Ma
thie apli Anno dñi Millesimo quingentesimo tricesi
octauo Regni nri Anno tricesimo secundo

Paulus de vcha
vicecancellarius

Ad mandatum dñi
Regis cum cõsilio pauli

Confirmatio Priui-
legij super Aduoca-
tia ville Crococzino

In nomine domini amẽ. Ad perpetuã rei memoriã
Nos Sigismundus &c. Significamus et qua exhibite sũt
coram nobis Ex parte prouidi ——— Aduocati de
villa nra Crococzino. in destructu predecessorũ consistẽ
priuilegium aduocatie eiusdem ville Continẽs Subscripta
et Sigillo Magnifici olim Jacobi de Dambro palatini San
domiriensis Cracouiensis. Sandecẽs. Biecẽs et predecessorũ Capitanei
nũ suspecte quidem de aliquo vicio sed magna ex parte
vetustate corrupte. et inualidate aliqui nisi nr̃e authoritas
robur illis accedat. proinde Supplicatũ est nobis humiliter
Nomine eiusdem aduocati. ut easdem literas. confirmare. appro
bare. confirmare. et ratificare. Dignaremur. quarum tenor se
quitur ad verbum est talis. In nomine dñi amen. Ad
perpetuam rei memoriam. Nos Jacobus de Dambro palatinus

Sandomiziu Ciarf sandecen Burcow przedecen Capitaneus Significamus tenore presentium quibus expedit universis. tam presentibus q futuris. Quomodo Nemcen ad nostram ceterorumq nobilium infrascriptorum cuiusdem terre nobstrum fur residentium. presentium provisus Jacobus mzyglod protunc scultetus in Crotoszyjno graui nobis deposuit cu lamento quomodo ex punissione divina Castrum Serenissimi domini Regis protunc tempore uig ny przedeq per iquib voraginum sunt rema tuny tunc et privilegiu eusdem scultetii. vnacu libris eusdem est consumptu. et in fassillany est redactu. quigdr Jacobus sepefatus nobis humiliter supplicauit. quatinus sibi eusdem scultetiq privilegiu. Juxta minuta ex codr privilegio factany. demo dare et scribere mandaremus Et nos precibus eius inclinati. minutaq ronspecta privilegiu hoc idem sibi dare mandauimus. Cuius tenor privilegij. Segmtur in hec modu. et est talis. Nos Floria mus de Corzchnijza Castellanus visliciu et Temtarius przedecen. Notificamus tenore presentiu quibus expedit universis. quomodo tempore uig temte. przedecen bona Regalia hereditatis. Cupientes fideliter adangere ex rouig sour speciali sereniss principis et domi domi wladislai Regis polonie domini gratiosissimi eusdem auctoritate fulti. extur villany Crotoszino Nuncupata. ny silvis eusdem destructus. temte przedecen existen jure Culmensi demo eximimus horamimus et fundamus. de quibus ab Antiquo. modica aut nulla predicto domino vro Regi et nobis provenichat utilitas. Considerau igitur fidelibq seruicijs Hlonsti alberti Scultety de Klogowa quibus domino nostro Regi. et nobis complacuit. et complacere poterit ny futuriny. Jn cade villa Crotoszijno sibi et suis liberis seu successoribus legittimis. Scultetiany damus rouferig perpetuo et donamus. Ad quam quidem scultetiam predictany eidem alberto suisq liberis et successoribus legitimis pro tempore existentibus. duos mansos liberos damus perpetuo assignamus. bi vero triginta Mansi Curthonis Curthonis ibidem per ipsu albertu Scultetu locati fuerint. Extunc eidem tertiany Mansu ibidem liberu adiungimus. et addamus perpetuo et ny ewny. quartu etiany ouany et tertiany tabernam. uel si plures ibidem tabernc Extur tertiany denariny de quilibet taberna exigendi Tertiany quoq denariu de penis Judicialibq remanebit Judicatorc. et de juramentis per sex denarios eidem addi

cimus. et realiter incorporamus habendum. et hereditarie
possidendum temporibus perpetuis. Et ut predicta villa
Crorogin eo iuris et facultatis valeat collocari omnibus
et singulis. Cmethonibus et Jurolis ibidem degentibus. ab
omnibus censibus. laboribus. exactionibus Stacionibg regali
bus. et quibuscumq solucionibus. et inquietacionibus. a data
presencium. per spacium viginti annorum. se continue. et imme
diate sequencium plena et omnimoda damus et concedi
mus libertatem. quamquidem libertate expirata. quilibet
Cmethonum predictorum. per unum fertonem Communis per
cunicq curentis in Regno pro censu de quolibet manso ad
Castrum Przedecz Regi solvit. pro decima. per sex grossos
etiam Communis Plebano ipsi przedecz. ortulanorum vero etiam
quilibet per sex grossos communes. et Cmethones per se
bimarice. per sex grossos. Burgrabio Castri przedecz presen
tabunt Item pro stanrum domini Regis in przedecz per
duos pullos, et quemlibet ova. et per duos caseos. ad diem
cum assumpcionis sancte marie per duos pullos ad rastrum
dictum apros. annis singulis assignis dabunt. Insuper ad esta
tum per duas mensuras de propria annona. ipsorum. et agros
Castrenses. pro ipso bene dispositos. arare seminare metere
gramina fabricare. congregare et conducere iuxta con
suetudinem aliarum villarum districtus eiusdem tene
buntur. Item Albertus scultetus. vel sui successores legit
timi qui pro tempore fuerint. ad expedicionem guerrarum
regalem in equis triuum Marcarum et una balista
nobis servire tenebuntur. Ceteris prefatus alber
tus. Scultetus. vel sui successores. ex opposito mansorum
ipsius predictorum. piscinam lab. facere habent facultatem
Ut autem hec omnia et singula premissa robur perpetue fir
mitatis obtineant. presentem literam. Sigilli nostri ci
gillo iussimus firmiter roborari. Datum et datum in
Castro przedecz. feria tercia proxima post dominicam Invo
cavit Anno domini Millesimo quadringentesimo 1427
vicesimo septimo. presentibus nobilibus viris dominis
Petro de Blandrata Swasbone de pyskowo Joanne Cawa
ska de Koslawicze. Alberto. Stephano. et Blasio de Za
krzewo fratribus heredibus et aliis testibus fide dignis. Nosita
Sigismundus Rex prefatus sup
plicacionibus presentium ——— Adwocati de Crorogino
humiliter ad nos factis. benigne annuendo de gemina

clemencia, et certa scruicia nostris Regijs prefatis
priuilegium presentibus literis vnis principiatum
omniaq; in eo contenta presertim in quorum vsu fu
erat. Et ad presens existit. Innouandum approban
dum. ratifficandum. et confirmandu duximus Inno
Vannos approbamus ratifficamus et confirmamus
atq; perpetue firmitatis robur habere decernimus.
Sigilli nri munimine roborari et obfirmari fa:
cientes. presentibus. Datum in Conuentione generali piotr
kouien feria sexta ante festum Sancti Martini Epi
proxima Anno domini M D XXXviij Regni
Nostri Anno tricesimo secundo. presentibg. etc

Paulus de volia
Vicecancellarius

R^to cum^a p^ro

Priuilegium super The
lonea et foralia in op:
pido Rzeschow Ge:
neroso Joanni Rze:
schowski

In nomine domini amen. A perpetuam rei
memoriam. Nos Sigismundus dei gra rex etc.
Significamus etc. Quia cum Reuerendus Joannes
Rzessowski in Rzessow heres. Hic coram nob con
stitutus. apud nos exposuisset. quod ipe. super Thelonei
predecessoribus suis, per antecessores nros in eodem
oppido Rzessow. institutum ac donatum esset ipsi
Curie ville ipsius Wiltowicz superioribus diebus con
crematis, et conflagrate essent. Supplicasset q; nobis pre
dictus Joannes Rzessowski, ut ei super huiusmodi Theloneo
Priuilegium super huiusmodi Theloneo et Theoniha. de
re et concedere de benignitate nostra regia digna

Vide. a tergo
Arrugam
inuentam

remm. Nos uro qui ad conservanda subditor
nrorum jura propensiores gerimus affectu. Volentes
preterea de hujus rei positione clarius documentum
habere decrevimus, presata Joannis Rzessowski de con
flagratione ipsius privilegij sui, ac eius contentis, coram
commissarijs uris ad id per nos designatis sufficientem
probationem et documentum faceret, ne ejus effectu qua
later ipse Joannes, et sui predecessores theloneum
prefatum, videlicet a singulis curribus mercibus one:
ratis per opidum predictum Rzesthow, et villas ad id pti
nen. euntibus et redeuntibus, et quorum alio rumy
grossum. et ab equo venali. medium grossum. jte a quo
libet equite denarios quos minutos. et a pedite denarios
rios duos. preterea a singulo bove obolos quos. monete
usualis in Regno uro Curentis, et preter hec foralia
in eodem opido tollebat et percipiebat. in cozus usu et pre
ptione, ipse et predecessores sui. patrona semper extiterunt.
et ad presens existit. Nos uero ab eodem Joanne Rze
ssowski super contentis. et conflagratione. eiusdem pri
vilegij sufficientibus dorumentis. ac testimonio: coram
Commissarijs uris, ad id ut premissum est. hinc deputatis
et designatis legitime factis. Eidem Joanni Rzesso
wski super hujusmodi theloneo. et foralia in oppido eig
hereditario Rzessow prefato nouum privilegium. ne
nouum prius amissi et conflagrati. de certa scientia
et gratia speciali ac Regijs deinde et contradendum
censuimus. damusq; et concedimus presentibus perpetuum
per ipsum Joannem Rzessowski et suos successores
theloneum et foralia hujusmodi. videlicet a quolibet
curru mercibus onerato. et alio quouis mercatorio per ipm
oppidum Rzessow et villas ad illud pertinen. euntes et redeuntes
unum grossum. et equo venali. unum grossum. a quolibet
equite denarios quos. a pedite denarios duos. Et a quouis
bove etiam venali denarios quos. quorte usuales in
Regno ura curentis pollendo exigen. percipiend. et in
usus suos beneplacitos et successorum suorum convertendum
perpetuo. et in omnes transgressores uros ipsius theolo
nii iuxta morem et consuetudinem ceteris contrahentium
contradictione cuiusvis minime obstante. presentium
testem uridicum imperpetuum. In cuius rei testimony

† medio eiusdem Joannis rezpo
tali juramento
per eum prestito

Sigillum nostrum est pendens subappensum
Actum per[actum] in Cracovia anno domini millesimo
ccclxxxiiii festo sancti Mathie apostoli anno de[e]i
Millesimo quingentesimo tricesimo octavo
Regni vero nostri anno tricesimo primo per[primo] manus
Paulus de Volka
Vicecancellarius

Rex Stanislaus Paulus

Quia nuncius Generosus Joannes Rzessowski de Rzessow
Zerecz dilectus coram nobis nostrisque apud nos
exposuisset quomodo privilegium divi olim Casimiri
magni Regis predecessoris nostri sub data anni
Millesimi trecentesimi quinquagesimi tercii predecessoribus ipsius Joannis super thelonium in oppido eiusdem
per[dem] Zeredstario Rzessow institutum et donatum
Nemo foraha per eundem Regem renovasse dignaretur
quod in Curia vestra ipsius Zeredstarii noviter

Volgt

Sigismundus. dtxó Significamus. dtd. Quia cum Cines nri
Costew. gnoriensem mg occurrente gnali expeditione bellica ex
antigna consuetudine. pro debito suo ac necessitate ma et Rei:
publice Regni nri duos currus bellicos commeatu ut moris est
decenti oneratos nobis dare et expedire consuenerunt. Verum
cum id per facultates eorw tenues grane. Et admodu difficile
illis foret Cosdem duos currus expedire. presertim rebus eorw
adversis casibus adeo attritis et labefactatatis existentibus
Quamobrem nobis humiliter eisdem Cimbus supplicantibus
intercedente etiam pro eis apud nos Magnifico Petro Opa:
liyenski Castellano Gnesnen. et Serenissimi filij mei Sigis
mundi secundi Regis Immoris Cmic ngro. Olstijnen et
Costrense Capitaneo merere nobis dilecto. Volentesq eos co:
solatos facere, ipsis alterum currum bellicum de singulari
gratia mea gnocuensemq se expeditio ipsa generalis
bellica obtulerit. dimittendos et condonand duximus. dimit:
musq et condonamus. ab eisq expeditione liberos facimus
Hmic ad voluntatis mee Regie beneplacitu. Ita q ipsi Ci:
nes Costew. non nisi ad unum currum bellicum nobis et
Reipublice Regni mei expediens erunt obligati et astricti pre:
sentium tenore mediante. Ptarum testimonio litterarus ce
Datum in Coronatione generali Piotrkowien die Dominico
festi sancti natalis Apostoli Anno dom millesimo quin
gentesimo. Trigesimo octauo Regni mei xxxvij

Paulus ig

Rdlo emss cmissp:

Donatio certi man:
si in villa Ramb:
kowska Volija Hone
ste Anne dicte Bur:
sniykowa

Sigismundus dei. Significamus tenore. Quamvis illustris
ama dna nazowie. nunc vero ngra Stanislai Odro-
wansk Palatini Podolie comitis gonesti dme dicte Bnr:
symsowa propter illius servitia que illius mri vnienti
exhibere solebat certas portiones agri dimisim Et in va-
riis locis dislocatis cum earum attinenciis in villa nostra
Rembkowska wolia dederat Et contulerat Quia vero
eadem dna donationem agrorum prefatorum vi
domina vsufructuaria plenarie ei facere non potuit
Itaq nos ad supplicacionem consiliariorum nrorum pre-
sertim vero Rndi in Xpo patris domini Petri Episcopi
Ploczen sijuntere nobis dilecto apud nos pro ea facta tum
cius moris ratom habeam. Cidem dme Bnrssymsowa vnum
mansum desertum agri mensure Culmen in eadem villa
volya Rambkowska per Capitaneum nrum in Garwolijn
vite istarum portionum agris quos istic in diversis locis
sibi donatos vt premissum est habuit emensurandi. de certa
sciencia Et gratia speciali nris Regijs damus donamus
Et conferendo proximius damusq donamus Et conferimus
presentibus in perpetuum per ipsam dmam Bnrssymso
wa Et suos successores vtrumvis lanum hmoi ita per nos
datum cum omnibus eius lani attinencijs. vtilitatibus
fructibus Et quibuscunq obvencionibus ad ipsum lanum
pertinentibus. tenendum habendum vtifruendum pacifice Et quiete
possidendum ac dandi donandi vendendi commutandi Et in vsus
suos beneplacitos. prout illi Et suis successoribus legittimis
commodius ac vtilius visum fuerit conferendi Ita tamen
quod prefata dma Et sui successores dicti lani possesso-
res pro tempore existentes nobis Et successoribus nostris
ad Curiam nram Garwolinen censum annuum ad eum
modum vt alij incole eiusdem ville lanios seu mansos
integros possidendo nobis solvunt pendere Et quottannis solvere
tenebitur ac tenebuntur. multosq alios labores Et onera
nobis erit obligata perpetuo Et in cuius presentium pri
tenorem. sigillum
nrum est presentibus subappensum Datum Pijotrkowie
in Commentione generali die dominico festi sancti matthei
Apostoli proxima. Anno domini millesimo. quingentesimo
Trigesimo octavo Regni vero nri Anno XXX sedo.

Paulus de volya
Vicecancell[arius] [illegible].

B8 flo cius Pauli.

Libertas oppidanis Costen ab exactione Contributionis als schoss

Sigismundus etc.

Significamus etc. Quemadmodum nos superioribus annis Civibus nris Costen ob conflagratam oppidi eorum sexaginta florenos in moneta per triginta grossos computatos de singulis exactionibus nris Civilibus Schoss vulgo nuncupatis quotiens eumque instituretur dimisimus. Civibus libertatis nostre tempus tum illis iam expirasset. iidem Cives hic apud nos constituti. humiliter nobis supplicarunt eis istius gracie et libertatis nre spatium temporis adhuc prodnere dignaremur. Nos itaque ad diligentem supplicationem Magnifici Petri Opaliensis Castellani Gneznen. Olstynen et Costen Capit. syncere nobis dilecti. pro ipsis Civibus ad nos factam. vtque melius et accuratius muros et munitiones Civilis. aliaque edifitia pro ornamento illius Civitatis providant et instaurent. Eisdem ipsis Civibus de singulari gratia nra hanc ad arbitrium et voluntatem nram. dictos Sexaginta florenos in moneta per triginta grossos computatos. de singulis exactionibus nris Civilibus Schoss vulgo appellatis. quotiens eumque interim pro defensione Reipublice instituerentur remisimus et condonamus ac tenore presentium remittimus et concedimus. libertatemque eis prius datam in longius tempus prorogamus. Ita tamen vt deductis his sexaginta florenis. reliquum eius exactionis Civilis nre ad manus exactoris nri pro tempore instituti seu instituendi reponere et consignare iuxta antiquam consuetudinem et taxam. qualibet vice tenuantur. Quapropter tibi exactori terre Poznanien moderno. et eius eumque alteri exactori eiusdem terre pro tempore existen. mandamus ut ipsos Cives Costen in hac gratia nra eis per nos facta consequentes. et de eadem exactione Civili. quotiens eumque per nos instituenda pro tempore. per dictos Cives Costen solui consueta et debita singulis vicibus sexaginta flor. illis remittas ac recogni-

gnitionem hmi̇nsmodi remissionis qualibet vice ab illis rec:
pias· quam in rationem tibi suscipiemus. Et ad integra
et consuetam solucom dicte exactionis Cmilib⁹ prestandam
eosdem Cmes Costen, ad arbitrium nrm prefatum non a:
stringas· nec astringi facias· pro gratia nostra· Harum
testimonio lrarum· quibus sigillum nrm fecimus
Datum in Conventione generali Piotrkowien die Dominico
festi sancti natalis Apostoli· Anno domini Millesimo· quin
gentesimo Trigesimo octavo· Regni vero nostri· Anno
Trigesimo secundo·

Salvus Conductus

Sigismundus dei gra Rex &c Significamus tenore
p̃sentium quibus̃ Quia nos ad intercessionem dilecti Nostri
consiliariorum nostrorum Nicolai Attalbirgowicz Arme
ni Leopolien̄ interpreti nro· Salvum conductum et
securitatem auctoritate nra Regia· dedimus et damus
Hiis ad vnum annum decurs· damusq⁹ et facimus hac
scripto nostro, ut sub hac securitate et immunitate nostra
ipse cum suis ad vos veniendo· apud vos moretur· et
postmodum ad nos redeundo· cum suis· agat et com
mutet ac debita sua a debitoribus suis exigat ubicunq⁹
sua licita· in omnibus Ciuitatibus, et oppidis ac alys lo
cis Regnorum nostrorum exercat persona et rebus bonisq⁹ ipsis
omnibus· sub nra protectione Regia manutenimus· salvos,
Eximimus preterea ipsum hor nostro salvoconductu
durante propter debita sua· ab omnium officialium
nostrorum· Judicum quorumcunq⁹ potestate diuinpedimento
Seu quod coram quibuscunq⁹ coram aliquibus debitorum quo
rumcunq⁹ comparere· neq⁹ debita aliqua solucre teneat
ner illi aliquid derogare contra Illum possint quacunq⁹
omnibus et singulis status et conditionis cuiuscunq⁹ ex
cumba dignitatis et officialibus· tum Castrorum· ip
